



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrис Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.I.], 1645**

§. 5. Sapientia diuina paruulis reuelata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](#)

& confessim alterum erupit lilyum. Tertio solūm feriens. Fr. Prædicator, ait S. MARIA Virgo est post partum, simulq; tertium enatum est lilyum. Mox autem Ægidius aufugit, & Doctor ille curatus est. Postquam autem didicit. eum fuisse Ægidium, multò deinceps amore, & illum & ordinem eius complexus est. Consimil modo, in Campania Galliarum Prouincia, in monasterio Cisterciensis ordinis, quod Argentes dicitur, Abbatissam vidimus, ait Cantipratanus, quæ, sine ulla litteratura artis Grammaticæ, non solùm libros Theologie; verùm etiam libros Augustini de Trinitate plenissimè intelligebat, & difficillimas questiones eorum lucidissimis solutionibus exponebat.

## §. V.

Sapientia diuina parvulis reuelata.

Quàm verè dixit Christus: Confiteor tibi, Matth. 11.  
Pater, Domine cœli & terra, quia abscondisti 25.  
hac à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis? Ita Pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Quem locum exponens S. Augustinus ita scribit: Nomine sapientum & prudentum superbos intelligi, ipse exposuit, cum ait: Et reuelasti ea parvulis. Quid enim parvulis, nisi humilibus? Addit D. Gregorius: Nec dixit: Reuelasti ea stultis, sed parvulis, tu-

Thom.  
Canti-  
prat.lib.  
2. cap. 46.  
§. 5.

S. Augu-  
stin.sermon.  
8.deverb.  
Dom.S.  
Greg.c.9.  
sup.lob.

morem

36. I. 27.

**Moral.****Psal. 104.**

22.

**Dan. 13.**

45.

**Luc. 2. 46.**

*morem se damnasse innotescens, non ingenij acumen. Perpendant ergo, qui se supra ceteros sapere arbitrantur, quām exiguam causam habeant, se circumspiciendi, quasi plus alijs sciant; cum diuina Sapientia, in rebus maximis, plus reuelet parvulis, & piscatoribus Apostolis, quām tumidis Philosophis; plus Aegidio, quām Theophrasto; plus Paulo Simplici, aut mulierculæ rudi, quām Socrati sapienti; immo cum per pueros doceat senes. Sic constituit iuuenem Ioseph principem domus Pharaonis, ut videret principes eius, sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret, in medio sapientum Aegyptiorum. Sic cum Susanna innocens duceretur ad mortem, suscitauit Dominus Spiritum sanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel. Et dixerunt ei senes: Veni, & sede in medio nostrum, & indica nobis, quia ibi Deus dedit honorem senectutis. Sic ipsum puerulum IESVM parentes inuenierunt in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia & responsiveness eius. Et videntes admirati sunt. Ita enim interrogando discipuli egit partes, ut ab omnibus Doctor Doctorum esse videretur. Et fuit*

fuit hic ipse quoque, ni fallor, puerulus, qui magnū illum Augustinum docuit, non nimis alta de SS. Trinitate disputare. Dabo authorem pium, ea de re, quæ alioqui controuertitur, non dubitantem. Cuius hæc sunt verba:

## §. VI.

*S. Augustinus à parvulo eruditus.*

*Quid te inflas, humana superbia? quò as-* Thom.  
*surgis fortius, tantò turpius conquassaris. Au-* Canti-  
*di, quid de Beato Augustino S. Volusianus in* prat. lib.  
*Laude mirabili testatur, dicens: In alijs sacer-* 2. Apum.  
*dotibus per mundum quomodocunq; toleratur,* c. 48, §. 3.  
*inscitia, id est ignorantia, cum autem ad Au-*  
*gustinum ventum fuerit, Legi Dei deesse credi-*  
*tur, quidquid eum contigerit ignorare. Quid*  
*autem tam magnifico viro, super profunditate*  
*sermonis & arduarum rerum disputatione, con-*  
*tigerit, audiamus. Inter miracula quædā Bea-*  
*ti Augustini tale quid de eo reperitur. Eo in tem-*  
*pore, quo Beatus Augustinus librum de Trinita-*  
*te composuit, illi tale miraculum Deus ostendit.*  
*Hipponensis ciuitas Africæ nobilis, in quâ Beatus*  
*Augustinus Episcopatum administrabat, super*  
*littus maris pulcherrimè sita erat. Beatus au-*  
*tem Augustinus in consuetudine habebat, ut post*  
*dñiurnum studium ac laborem, vestere super lit-*

tus